

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Historia Zaringo Badensis

Schöpflin, Johann Daniel

Carolsruhae, 1766

Tabula XI.

[urn:nbn:de:bsz:31-295072](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-295072)

In averſa numerus VIII. totidem obolos; verba:

LANDMVNZ. *Monetam provincialem* indicant. Addita
Aera 1622.

X.

Nummus ab una parte Friderici imaginem; ab altera Badenſem baltheum in parmula referens. Inſcriptio titulos & Aeram 1623.

X I.

Nummus, Fridericum ſiſtens togatum, cum Aera 1624. Scutum averſæ in tres regiones diſtinctum, quas expoſuimus Tab. VI. num. V.

X I I.

Nummus minimi moduli. Parmula Badenſis cum litteris:

F. M. Z. B.

Fridericus Marchio Badenſis. Aera 1625.

TABULA XI.

FRIDERICUS VI.

I.

Friderici VI. effigies: FRID. D. G. MARCHIO. BAD. ET HOCHB. Poſtica ſymbolum ejus, tres coronas, inter ſe junctas; lauream vel triumphalem, querceam vel civicam, gramineam vel obſidionalem ſiſtit. Epigraphe: HIS ORNARI AVT MORI.

II. Num-

II.

Numisma argenteum, formæ oblongæ, in quo protome Friderici. Aversa caduceum habet cum petaso alato. Cornua copiæ duo, decussatim posita. Lemma: VIRTVTI FORTVNA COMES.

III.

Nummus argenteus cum Friderici imagine. In postica furculus, quem irrigat plantator. Lemma: TANDEM FIT SVRCVLVS ARBOR. In imo

LIBERAL. IN IYVENT. GYMN. DVRLAC.

Liberalitas in Iuuentutem Gymnasia Durlacensis.

Additur Aera 1669. Fridericus nummum hunc adolescentibus Gymnasia, præmium diligentia distribuit.

TABULA XII.

BERNHARDVS GUSTAVVS

CARDINALIS ABBAS FULDENSIS.

I.

Nummus Gustavi Adolphi, qui frater fuerat Friderici VI. & mutata religione Bernhardi Gustavi nomen assumserat. Antica pars sine effigie est, inscriptionem sequentem siglis exhibens: *Bernhardus Gustavus Dei & Apostolicæ Sedis Gratia Sacræ Romanæ Ecclesiæ Cardinalis Princeps Abbas Fuldensis Marchio*

Tom. IV.

LII